



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1710

I. Januarii. Jesus Christus heri, & hodie, & ipse in sæcula.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45477

I. JANUARII.

JESUS Christus heri , & hodie , & ipse in
sæcula. *Hebr. 12. 8.*

Incipien-
dum à
Jesu.



ESUS verbum Pa-
tris , verbum inter
omnia verba au-
spicatissimum , ut
pote nomen in-
creati , & Incarnati
Verbi , sit primum ,

quod Anni ineuntis die primo , ex ore meo prodeat
verbum . Tria nobis de JESU proponit strictim ex-
pendenda , Prima hæc Primæ diei Tesseræ . *Heri , Hodie , in Sæcula .* Hoc est , Fuit , Est , Erit . Ut Deus , fuit
Heri , id est , ab æterno ; ut Homo , est *Hodie* , in præ-
senti ; ut Deus Homo , erit *in Sæcula* , in futuro sem-
per . Sicut ergò JESUS complectitur omnia Tem-
pora , præteritum , *Heri* ; prælens , *Hodie* ; futurum ,
in Sæcula : Sic omnibus Justitiæ titulis debent illi
consecrari , singula omnis Temporis momenta . Et
quia nullum est momentum , quo non accipio à Jesu
beneficium , sic nullum hoc Anno erit momentum ,
quo Jesu non rependam obsequium .

II. Cum Jesus ut Deus , sit primogenitus Patris .
ut Homo , primogenitus Matris , ut Deus homo , (a)
Primogenitus omnis creaturæ : Idem quoque erit mei
dum loquar , primogenitus oris , dum diligam , cor-
dis ; dum cogitabo mentis . Id igitur fixum est , à
primo die Januarii , usque ad ultimum Decemb. is ,

A

mane

(a) *Colos. 1. 15.*

2 Christiani Militis

Januar Jan

niane ubi evigilavero, primum, vesperi ubi decu
buero, novissimum, quod ex ore meo prodibit ve
bum, erit nomen illius, qui est [a] *primus & novissi*
mus: qui de se ipso dicit: [b] *Ego ex ore Altissimi pro*
divi: hoc est Jesus. Quia igitur Jesus mihi hodie pri
mitias sui sanguinis; ego illi hodie offero primitia
mei Temporis. Cui enim æquiori jure debentur pri
mitiae temporis, quam illi qui fuit omni tempore
Nec tantum omnis temporis, sed in tempore, omni
operis illi consecrabo principium, quia ipse α , id est
principium; Medium, quia est Mediator; finem
quia est ω , id est, finis. [c] *Quoniam ex ipso per ip*
sum & in ipso sunt omnia. Ex Jesu enim est omnis po
tentia, per Jesum est omnis sapientia, in Jesu est o
mnis bonitas.

III. A Jesu, ad te, opus manuum Jesu, oculo
retorque. Jesus fuit, est, erit, Heri, Hodie, in Sæcu
la. Tu quid fuisti, quid es, quid eris? fuisti in utero
es in auxilio; eris in tumulo. Fuisti sperma fœtidum
es saccus stercorum, eris esca vermium. Fuisti en
brio, es homo, eris cadaver. Anno præterito fuisti
hoc præsensi adhuc es, sequenti fors non eris. Fuissi
tam nihil est, esse momentaneum est, fore perpetuum
est. Ante omne tempus fuisti in abyssō inanitatis
quia nihil: brevi tempore es in abyssō calamitatis
quia mortalis: eris omni tempore in abyssō æterni
tatis, quia immortalis. Nunc igitur cum D. Bernar
do: [d] *Considera unde venis, & erubesce; ubi sis, &*
ingemisce; quò vadis, & contremisce. Extendat se igi

[a] *Apoc. 1.18.* [b] *Eccl. 24.8.* [c] *Rom. 11*
36. [d] *in Psal. 4.*

nuar Januar.

Tessera.

3

i decu tur ad tempus præteritum pudor, ad præsens dolor,
bit ve ad futurum timor, cogitando quid fuisti, es, eris.

noviss Esse, fuisse, fore, tria florida sunt sine flore:

mi pro Nam simul omne perit, quod fuit, est & erit.

2. DIES JANUARII.

Ecce nova facio omnia. *Apoc. 21. 5.*

Cum Anno novo, partus hominis novi.

Cum novo I.
anno omnia
nova faci-
enda.

NOvus, quem heri fuimus au-
spicati, annus, nova omnia
exigit in omnibus. Nova o-
pera, nova desideria, novas cogita-
tiones, novos pro salute conatus, novos pro cœlo la-
bores, nova pro æternitate studia: nova contra ho-
stes nostros prælia, nunc adhortatur nos Deus, voce
Ezechielis, tub exordium novi anni: [a] *Facite vo-
bis cor novum, & Spiritum novum.* Nunc per totum
orbem latè resonat argentea illa *Spiritus Sancti tuba*
[sic Paulum appellat D. Chrysostomus] adhortans
ut olim Ephesios, sic omnes ubique terrarum diffu-
sos Catholicos: [b] *Induite novum hominem.* Imò
vult, ut quilibet sit in Christo, [c] *Nova creatura.*
Denique sic debent esse cum hoc novo anno, omnia
nova, ut quisque dicere possit, quod Agnus ille Apo-
ocalypticus è suo throno [d] *Ecce nova facio omnia.*
Quia omnia quæ priùs faciebam, erant opera veteris

A 2

homini-

(a) *Ezech. 18. 31.* [b] *Eph. 4. 24.* [c] *2. Cor. 5.
17.* (d) *Apoc. 21. 5.*